

De transactione.

Transactio definiri potest

Pactio aut conventio de re dubia, aut lite incerta, aliquo dato et aliquo retento.

Transactio stipulari non potest a Praelatis et beneficiatis rerum ecclesiasticarum administratoribus, nisi illae observentur solemnitates, quae a Iure Canonico pro rerum ecclesiasticarum alienatione constitutae sunt.

Quia transactio speciem alienationis continet, transigens iuris sive rei sibi competentis partem alteri dimittit. Si absque iuris solemnitatibus transactionem ineat Praelatus aut Beneficiatus, potest quidem ipse in vita sua ad transactionem observandam obligari, non vero eius successor.

Per transactionem aliquod detrimentum Ecclesiae inferri non potest

Quia transactio stipulata a Praelato vel Beneficiato, tantum personalem actionem producit contra stipulatorem, et nullam dat actionem contra Ecclesiam vel successorem, iuxta enim regulam Iuris, pacta inter alios acta, aliis obesse non possunt.

Transactio reiicitur in rebus spiritualibus.

Alexander III, in rebus sacris transactionem reprobavit, ait enim: *super re sacra vel religiosa, transigi minime potest: etenim res sacrae ut possideantur, aliquo dato vel retento, vel promisso, speciem habere credimus simoniae.* Sic Celestinus III et Honorius III.

Transactio reiicitur in quibusdam causis Beneficialibus

Quia per transactionem Beneficium obtineri non potest, sed solum per canonicam institutionem.

In Beneficiis ecclesiasticis transactio admittitur

Ut gratis et amicabiliter inter litigantes se componant.

Effectus transactionis duo praecipui sunt, nempe:

Transactio quaestioni sive liti finem imponit et parit exceptionem rei iudicatae.

De acquisitione bonorum per actus ultimae voluntatis.

Per actus ultimae voluntatis, scilicet per *testamentum et legatum.*

Ultima voluntas legitime declarata de eo quod quis post mortem suam de rebus suis fieri velit.

Ecclesia praesertim duobus modis acquirit:

Testamentum sicut dicitur, quasi testatio mentis definitur:

Illud in quo omnes iuris solemnitates fuerunt observatae.

Testamentum *solemne* dicitur

Illud in quo ex privilegio iuris solemnitates fuerunt omissae.

Testamentum *privilegiatum* est

In activa et passiva testamenti factione, id est, in capacitate testandi et recipiendi ex testamento.

Solemnitates *internae* testamenti consistunt

In modo testandi, scilicet, in scriptura, subscriptione, subsignatione, in praesentia, numero et habilitate testium, et officio notarii, vel publici officialis.

Solemnitates *externae* testamenti consistunt

In omni testamento ad eius validitatem, etiam in omni testamento privilegiato.

Solemnitates *internae* necessariae sunt

Necessariae sunt omnes in testamento solemniter, sed in testamento privilegiato sufficiunt quaedam a lege speciali determinata.

Solemnitates *externae*

Quod validum est etiam de iure civili.

Testamentum *perfectum*

Quod iuris civilis assistentiam non habet.

Testamentum *imperfectum*

Illud est, in quo causa pia haeres instituta est sive testator sit clericus sive laicus.

Testamentum *ad causam piam*

Illud est, in quo causa profana haeres instituta est.

Testamentum *ad causam profanam*

Si haereditas relinquatur intuitu Dei ad cultum divinum, vel ad alia opera misericordiae ob animae bonum.

Testamentum dicitur factum in causam piam,

Alexander III, super haereditatibus Ecclesiae relictis, mandat iudicium fieri, non secundum leges saeculi sed secundum legem divinam et Canonum

Testamentum ad causam piam ex Iure Canonico est privilegiatum.

instituta; ita ut ad eius validitatem sufficiant duo aut tres testes idonei.

Testamentum ad causam piam, etiam nunc privilegiatum est pro foro conscientiae, et in foro Ecclesiae tam interno quam externo:

Quia leges civiles efficere non possunt, quominus in foro Ecclesiae tale testamentum sit privilegiatum; olim regula communis erat: in iis quae spectant ad spiritualia, aut animarum bonum, in utroque foro servandum esse Ius Canonicum.

Duo aut tres testes, quos Alexander III requirit, ad eius formam et substantiam non pertinent, sed tantum ad probationem:

Quia ad hoc testamentum firmandum ea tantum requiruntur, quae iuris naturalis et gentium sunt, ut de voluntate testatoris sufficienter constet.

Probatio testamenti privilegiati fieri potest

Per duos testes fide dignos, qui ad testimonium ferendum habiles sint; nec excluditur Parochus aut Confessarius, licet agatur de causa Ecclesiae suae, nec excluditur femina.

Activam testamenti factionem habent omnes

Qui facultate pollent de rebus suis disponendi, nisi a iure prohibeantur.

A iure Canonico prohibentur etiam ad pias causas testari

Ob delictum, usurarii manifesti, excommunicati propter haeresim, et percussores Cardinalium S. R. E.; ob patriam potestatem, filii familias absque consensu patris de bonis, in quibus patri competit proprietas vel usufructus, ut sunt bona profectitia, et regulariter etiam adventitia; ob statum monachalem, Religiosi professi, etiam Praelati et Abbatissae.

Clerici non possunt testari ad causam profanam de iis quae propter Ecclesiam vel ab Ecclesia perceperunt:

Eo quod haec bona, quatenus honestae sustentationi supersunt, non sunt clericorum, sed Ecclesiae et pauperum. Alexander III ait: *Clerici de his quae, consideratione Ecclesiae perceperunt, nullum de iure possunt facere testamentum.*

Clerici de bonis intuitu Ecclesiae acquisitis, ex consuetudine admissa a iure novo, possunt ad piam causam testari.

Alexander III permisit, ut per clericorum testamentum de bonis intuitu Ecclesiae acquisitis *pauperibus et religiosis locis, et illis qui viventi serviant, sive consanguinei sint, sive alii, aliqua iuxta servitii meritum conferantur.*

Hac de re interrogatus Alexander III ait: *Respondemus..... libere disponere valeant.*

Omnes tam singulares personae quam corpora moralia, nisi a Iure prohibeantur.

1.° Haeretici et eorum fautores. 2.° Percussores Cardinalium et socii atque fautores. 3.° Religiosi S. Francisci, Capulati franciscuales, Minores de Observantia, eorumque Monasteria.

Hinc valet testamentum pium si quis instituat pauperes in genere vel causas pias, animas purgatorii, animam suam et suorum, Missarum sacrificia; et si testator dicat: *Omnia mea bona dispositioni Titii committo.*

S. Augustinus quosdam redarguit clericos haereditates accipientes ab illis qui filios exhaeredabant ut Ecclesiam haeredem scriberent.

Donatio quaedam a defuncto relicta et ab haerede praestanda.

Quod laico vel clerico tamquam laico, vel personae morali ex causa profana relinquitur.

Quod relinquitur clerico tamquam Ecclesiae ministro, vel ipsi Ecclesiae aut causae piae.

Nam ad valorem legati pii nulla iuris solemnitas requiritur; sed sufficit, si de voluntate testatoris quocumque modo constet.

1.° Quod factum fuit coram Parocho et duobus testibus. 2.° Quod factum fuit nudis verbis vel etiam tantum nutu, modo sufficienter significet testatoris voluntatem. 3.° Quod factum fuit in testamento profano, licet nullum sit testamentum ob defectum solemnitatum iuris civilis, si habet ea quae de iure naturae et gentium requiruntur; et 4.° Quod factum fuit in testamento, cuius haeres noluerit, aut non potuerit haereditatem adire.

Res corporales, incorporales, praesentes, futurae,

Clericis de bonis patrimonialibus, et industrialibus libere possunt testari.

Passivam testamenti factionem habent

A iure Canonico prohibentur testari:

In testamento pio personae incertae recte instituuntur, et valide haereditas in tertii arbitrio distribuenda committitur.

Pii testamenti privilegium non est extendendum, ut praeiudicet legitimae portioni haeredibus necessariis iure naturae debitae.

Legatum definitur

Legatum profanum est

Legatum pium est

Legatum sicut testamentum pium, est privilegiatum

Validum aestimatur legatum pium scilicet:

Legari possunt omnes res quae

- sunt in hominum commercio, scilicet:
Pure legatum fit in specie, genere, et quantitate; nomen debitoris, id quod debitor debet testari; demum factum honestum. Quando a nulla circumstantia aut eventu pendet, cuius statim post mortem testatoris dies cedit et venit.
- Ad diem* legatum dicitur factum Quando dies adiicitur tamquam terminus, ad quem legatum duret.
- Ex die vel in die* legatum dicitur factum Quando dies adiicitur tamquam terminus, a quo legatum incipiat.
- Sub conditione* legatum efficitur Quando dependet ab aliquo eventu vel conditione *possibili, impossibili, potestativa, casuali, mixta, de praeterito, de praesenti, de futuro.*
- Duae praecipuae sunt regulae in conditionibus, quoad haereditates et legata, scilicet:
 Conditio impossibilis actibus ultimae voluntatis apposita reiicitur; conditio possibilis, potestativa, casualis vel mixta de futuro, haereditatem vel legatum suspendit usque ad eventum designatum, a quo resolvitur positive vel negative.
- Legatum *sub demonstratione* fit Quando rei legatae, vel legatarii personae, aliqua adiungitur circumstantia, qua melius explicantur.
- Legatum *sub modo* fit Quando testator causam finalem, quae ad futurum refertur, exponit, ob quam legatum relinquit; hoc legatum validum est et eius dies statim a morte testatoris cedit et venit; sed legatarius ad recipiendum legatum, debet cautionem exhibere, se modum impleturum, vel legatum redditurum.
- Actus ultimae voluntatis solent habere adiunctum executorem Qui defuncti voluntatem adimplere satagat, quae a testatore vel a iure datur.
- Executor vel executores constituti a testatore aliis praeferruntur: Quia in haereditatibus et legatis prima lex dicitur a testatore, secundum cuius voluntatem omnia procedere necesse est.
- Inter executores datos a iure primum locum tenet haeres institutus Qui adeundo haereditatem quasi contrahit cum omnibus legatariis de legatis solvendis, et de voluntate testatoris exequenda.
- Post haerodem, in piis haereditatibus et legatis, dioecesanus Episcopus est executor. Nam Sacri Canones, qui hanc potestatem Episcopo tribuunt, privata testatoris voluntate auferri non possunt: principium Iuris Canonici est: *Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant.*

Nam S. Gregorius aiebat: *Ultima voluntas defuncti omnibus modis observari debet*; est enim voluntas testatoris prima piae dispositionis lex.

Si voluntas testatoris iuxta modum ab ipso praescriptum, exequi nequit, tunc Episcopus cum consensu haeredis et executoris, pium legatum in aliud opus pium convertere potest, quia praesumitur talem fuisse voluntatem testatoris, si casum praevidisset et talem esse si viveret.

Quia quaevis dispositio ad piam causam tacitam habere debet clausulam, *salva Sedis Apostolicae auctoritate.*

Executores piarum dispositionum eas mutare prohibentur.

Episcopus, testatoris voluntatem in aliud pium opus non valet convertere, etsi maiorem bonitatem et utilitatem evidenter contineat, nempe:

Solus Papa, mutare potest ex iuxta et rationabili causa, testatorum voluntates.

De peremptione iurium et obligationum.

Ex ipso iure vel ex facto hominis contigit.

Peremptio iurium et obligationum

Per *rei interitum, confusionem, compensationem* et *praescriptionem.*

Ex ipso iure, ius et obligatio perimitur

Nam nemo debitor potest esse rei quae in rerum natura amplius non est.

Per *interitum rei* extinguitur obligatio

Quando ius creditoris in eandem personam coalescit.

Per *confusionem* evanescit obligatio

Quia compensatio est debiti et crediti inter se contributio.

Per *compensationem* tollitur obligatio.

Ut debitum et creditum sit utrinque efficax, liquidum et purum; ut compensatio fiat in rebus fungibilibus eiusdem generis; ut idem sit debitor et creditor; ut compensatio non sit interdicta a lege.

Quaedam ad legitimam reddendam compensationem requiruntur conditiones, scilicet:

Quia ratione edocemur dominum rem suam colere, defendere, et petere: ideoque multo tempore negligentem, videri eam pro derelicta habere; et proinde dignum esse, qui a lege, in poenam negligentiae, eadem per praescriptionis medium privetur.

Per *praescriptionem* obligatio auferitur,

Si praescriptio est acquisitiva, tuto retineri queat ademptum rei dominium, et si est extinctiva, plena detur liberatio.

Praescriptio ad formam Sacrorum Canonum legitime perfecta ipsam afficit conscientiam scilicet: